



173

19.

20.

21.

22.

23.

24.

25.

26.



1732.

19. Lischke, Reinhard Gottlob : De origine et acquisitio
laci Tascum hypothecarum apud Romanos.
20. Maserius, Dr. Jacobus : De originibus iuriis publicis
imperii Romani Germanici.
21. Mullerus, Augustus Fistorius : De emigratione
religionis causa suscipienda.
22. Mylius, Gustavus Henricus, fac. iur. pro cancellarius :
Programma, quo solennia inauguralia Coruli
Augusti Salzmanni indicent.
23. Mylius, Iacobus Henricus : Regule Auditorium et
Theophil. Inst. Lit. 1. lit. 2. § 2 et 17. 5 § 7.
24. Mylius, I. Henricus : De proctoro peregrino ad Theophil.
paraphras. 1.1. lit. 2. § 7. 8.
25. Reckenberg, Carolus Hho, fac. iur. pro cancellarius :
Programma, quo solennia inaugralia Coruli Gott.
Lieb Worblieckii Best.
26. Reckenberg, Carolus Hho : De mendacio et in specie eo,
quod in iure humano punitur.



1782.

27. Ritter, Dr. Daniel: Defensio eius populi Romani
17
28. Ritterius, Iudeus Florus: Singularia M. Aurelii An.
33.
tonii philosophi jurisprudentiae captae.
34.
29. Ritterius, Dr. Florus, far. jus. prof. (l. b. s. p. 3)
Programma, quo communiones et Disputationes
publicae minister.
35.
30. Ritterius, Iudeus Florus, far. jus. procurancellarius
Pragmannus, quo solennia Doctoralia Dr. Martinis
Schroeteri induit.
36.
31. Romannus, Carolus Filius, far. jus. procurancellarius
Programma, quo solennem Doctoralem prouinciationem
Ernesti Christophori Matheri ... induit
37.
32. Salymannus, Carolus Augustus: De successione sumul
teneo investituram, in fonsis Lexonicis, quatenus
in capita fratrum quaternum in stirpes.
38.
39.

1732

33. Schmidius, Johannes: *Frisorius: De canticone lega-*

torum servandorum causa praestanda.

34. Thomarius, Tranquill: *Origine atque progressu
hypothecarum tractatam ex legibus Romanis*

35. Wagner, Thomas: *Maris in curia et proo historiali
apud Romanos partio*

36. Walther, Aug. Fried, fac. med. procuratorius:
*De partus monstrosi historia et sectione. Pro-
gramma, quo pauegyni medram Iohannem Ernestum
Kuhnius induxit*

37. Weddlich, Petrus Gottlieb: *De custodia rei alienae
immobilis non deposito sed mandato*

38. Weddlichius, Petrus Gottlieb: *De jure fiscalicea
persecutionem coram, quae scelere quaestia sunt.*

39. Worm, Dr. Gottfrid: *An et quatenus jure Saxonico,
facto uxoris, sum successoris tam usfructui mente
competenti, praedictum iuris operi querat?*

800

1286

1732, 23.

5

DE
JVRE QVIRITIVM

AD

THEOPHIL. INSTITVT.

L. I. T. II. §. II. ET T. V. §. IV.

P R A E S I D E

JOANNE HENRICO MYLIO,

PHIL. ET JVR. D.

D I S P V T A B I T

FRIDERICVS GABRIEL KIRSTEN,

D. XVIII. April. M DCC XXXII.

L I P S I A E,

LITTERIS BARTHELIANIS.

DE
LARBE GAI RITIA M

AD
THEOPHILI INSTITUT.

LITTERIS ET TYPIS

JOANNI HENRICO MULIO

PHIL ET LAR D

FRIEDRICA GAETHE HIRSCH

DISTATIA

NAKAMARAKA DECIMUS

5151X

LITTERIS PARVITELINIS

MESSIEURS

A MONSIEUR,
MONS. JEAN CHRISTOFFLE
de NOSTIZ,
SEIGNEUR DE NIEDER-NEUNDOFF.

ET

A MONSIEUR,
MONS. CHARLES SAMUEL
POENIKE,

GREFFIER DU BAILLAGE, DE MERSBOURG,
MON TRES HONORE COUSIN.

MESSIEURS

NE vous etonnez pas que je prens la liberté de vous presenter ces feuillets. C'est mon devoir, qui m'oblige à ne laisser pas echaper une seule occasion de vous temoigner, que je me souviens toujours des biensfaits, dont il vous a plus à m'honorer, et en même tems des obligations que je vous en dois. Et par ce que l'impuissance m'ote le pouvoir d'être reconnoissant comme il faut, j'aurai cependant l'honneur de vous être infiniment redevable. C'est pourquoi, Messieurs, ayez la bonté de croire que ce n'est que ma reconnoissance, qui prens la hardiesse de vous supplier de regarder ces feuillets d'un oeil favorable en me doignant de vos bonnes graces et de votre affection, afin que j'aye l'honneur d'être jusqu'à la fin de ma vie avec tout le respect

MESSIEURS

votre très humble & très obéissant
Serviteur
KIRSTEN.

DE
JVRE QVIRITIVM
AD THEOPHIL.
L.I.T.H. §. II. ET T.V. §. IV.
DISSERTATIO.



Eritinet ad Theophili vindicias, dispicere de JVRE QVIRITIVM, quod dum describit ille, Paraphr. Tit. de Jure Nat. Gent. & CIV. §. II. non obscure significat, idem sibi esse cum JVRE, quod appellamus CIVILE. Quia in re ut non diffusat ab exemplari latino, cum tamen sponte sua eadem Titulo de Libertiis §. IV. repetierit, posset nihilominus erroris, nec immerito, postulari, si certum sit, esse duo haec invicem sejungenda. Verba ipsius: οὐαύλας καὶ τὸ νομίμον ἀπερ η ρωμαϊκη πεχρται πολιτεια Jus Quiritium, τετ' εσι, οἱ πεχρηται οι ρωμαιοι Κυρια τετ' εσι ρωμιλα, τετεξ αρεως γενετιν πεχρια. Οι γαρ ρωμαιοι απο Κυρια τετ' εσι ρωμιλα, τετεξ αρεως γενετιν πεχρια. Εκειν αυχενταις, ικιειλαι προσαγορευνται κ.τ.λ. Et Tit. de Libertiis: η γαρ επομος δεσποινα λεγεια Jure Quiritium, τετ' εσι ει τε δικαιοι των ρωμαιοι πολιτων) ρωμαιοι, οι κυριται γαρ ρωμαιοι, (al. ει τε νοις των πολιτων) ρωμαιοι, οι κυριται γαρ ρωμαιοι, εχησατο. Non convenientι απο ρωμιλα εξ ει την αρχαιογοναν εχησατο. Non convenienti de duplice hoc jure, consulti: Quorum alii latius civitate Jus

A 3

Quiri-

vous
ui m'
vous
dont
liga-
ce m'
urrai-
able.
ue ce
se de
ora-
e af-
ma

sant



DE JVRE QVIRITIVM

Quiritium, alii angustius faciunt; alii alio pacto discriminandum: imo pars nequidem esse ab illa diversum pronunciat. Nos in rem praesentem veniemus, & potiores de eo sententias persequemur. Sed omnium a vero aberravit longissime Viri docti THEODORI RYKII *Animadv. ad Tacit. Histor. L. I. c. 78.* suspicio, jus, quo QVIRITES utantur, esse id, quod dicimus JVS LATII, quodque est inter Civitatis & Italæ jura medium. Sed quis unquam audivit, Latinorum jura ad Quiritium prærogativas adsurrexisse? unde extricabit Rykius, quæ eum juvent, idonea argumenta? Et reduxit eum in viam Vir magnus in Orbe Romano, *ad L. XVII. de statu hom. Exerc. I. c. IX. p. 57.*

§. II.

Audiamus nunc PAVLL. MANVTIVM, quo nescio an multi feliciore successu ad antiquitates Romanorum accessere. Is de CIVITATE ROM. p. 18. Juris Quiritarii aliquam portionem civitatis jus, & quasi ignobilorem ejus speciem, ipsosque Quirites Civibus longe honoratiores cenfet. Juvat eum egregie, quod manumisso Romano jus hoc Quiritium non raro expeditum aut impetratum dicatur; nunquam vero jus civis, quo, si pleno jure manumisssus erat, jam cum ipsa libertate donabatur: Persæpe tamen peregrinos seu ingenuos, seu libertinos ciyitatem hanc imperasse traditum inveniamus. Adscribam sententiæ hujus fundum, loca aliquot PLINII junioris qui L. X. p. 4. Quare rogo des ei CIVITATEM Romanam. Est enim peregrinae conditionis, manumisssus a peregrina: vocatur ipse Harpoeras, item rogo, des JUS QVIRITIVM libertis Antonie Maximille Helice & Antonie Harmenidi. Idem Lib. eod. ep. 5. Ago gratias Domine, quod JUS QVIRITIVM libertis necessariæ mibi famini & CIVITATEM Romanam Harpocrati Iatraliptæ meo, sine mora indulſisti. Et L. X. eod. ep. 6. Rogo, ut propinquis ejus des civitatem, Chrysippo Mitridatis & Stratonica Epigoni, item liberis ejusdem Chrysippi, ita ut sint in patria potestate, utque in libertos servetur jus Parnorum. Item rogo indulgeas JUS QVIRITIVM Lacio Satrio Ab-

scantie



scantio & Publio Cæsio Phosphoro & Pancharie Soteridi. Neque tamen sunt hæc constanti solennique usu servata. Cum enim alia suppetunt loca, quæ peregrinis æque ac civibus Jus Quiritium tributum esse ostendunt, tum & Panchariam Soteridem, quid ostendit Romanum fuisse libertum; quod si etiam reliquos duo Ep. 6. memoratos, ob nomen, quod gerunt, romanos credas. Deinde unde colligas, hos pleno jure, id est, tributa una civitate, manumisso; nec Latinos Junianos fuisse SVETONIVS Claud. c. 19. civi vacationem legis Poppeæ, LATINO Jus Quiritium datum, qui locus nec fugit MANVTIVM v. p. 18. Poftrem apud alios promiscue modo Quiritium Jus, modo civitatis datum esse libertis, iisque five peregrinis f. Romanis palam est. PLINIVS certe isque major L. XXIX ep. 6. primus e Medicis Romanam veni e Peloponneso Archagatus Lyssaniae filius eique Jus Quiritium datum, citra dubium peregrino, nec dum civi. Nonne ipfa manumisso QVIRITES efficit, si audias PERSIVM Sat. V. una Quirites verrigo facit.

§. III.

Ergo opus est, ut alia nos ratione his tricis expediamus. Certe aliam viam ingressus est doctissimus de antiquo Jure Ci-vium Rom. Commentator L. I. c. 6. ad 13. fin. & de antiquo jure Ital-iae L. I. c. 4. traxitque in partes suas SPANHEM. orb. Roman. Exer-cit. I. c. 9 & II. c. 5. SCHVLTING Jurispr. ant. p. 574. HEINECC. Antiqu. Roman. L. I. app. c. 1. §. 23. seqq. aliosque nostræ ætatis Juris Consultos. Qui quidem omnes id agunt, ut QVIRITIVM jure, qua ad domesticam cuiusque vitam pertinent, contineri ostendant, CIVITATEM vero ad publica etiam jura porrigan-t. Ergo, his arbitris, quæ Romanis competunt jura connubiorum, Dominii, Patrium, hereditatum, usucaptionum, alia, ad Quiri-tium jura pertinent. Civitatis privilegia, suffragiorum, ho-norum, census, militiae, vectigalium, & si quod aliud est publi-cum jus complectitur. Sed videbimus, quo id jure aut qua sit injuria? PLINIVS locis, quæ ante indicavimus, peregrinis quibus-

quibusdam Jus Civitatis, id est, publicum, *libertis vero Romanis*, Quiritium seu privatum rogat, & quo erat apud Trajanum loco, facile impetrat. Scilicet, quod verus juris fragmentum apud SCHVLTINGIVM p. 803. §. VI. ait: *Manumissis jam competit civitas Romana*, hoc est, SIGONIO interprete, jurium, quæ ad publicam Rem pertinent, usura: At vero ipse SIGONIUS L. II. de Stat. Jur. Civ. c. 14. tradit, & quis ambigat? eodem jure privato cum civibus usos esse libertini generis homines, sed honorum, stipendiorum, suffragiorum, aliorumque id generis, publico jure destitutos. Sequitur ex hoc, ut Quiritium jus consequunti, nil aliud acceperint, quam cuius jam antea habuere potestatem. Sed fac, quos Plinius memorat, latinos libertos fuisse, non cives, atque ideo ne privato quidem hoc jure usos? cur his privata tantum jura, exteris & peregrinis, ipsa etiam publica exorat. Imo jus patrium nonne ad privata pertinet? Non iniciatur ipse SIGONIUS. Tamen PLINIUS L. X. ep. 6. rogo ut des Civitatem Chrysippi liberis, ita ut sint in potestate parentum utque iis in libertos servetur JVS PATRONORVM. Contra ea VULPIANVS L. I. D. de Bonis libertorum ait, grande beneficium esse, cum liberti ad civitatem perducantur. An vero credibile illis juribus, quæ hoc nomine comprehendi vult vir doctus, eos gaviosos esse?

§. IV.

Non est prætereunda hoc loco, quam Vir elegantis doctrinæ JO. FRID. CHRISTIUS L. II. Noct. academ. c. 6. exposuit, conjectura. Cum enim Manutio aliquis Jus hoc Quiritium excellentius longe atque augustius creditum fuerit, quam jus ci-vium Romanorum, hoc ut se Viro claro probet, tantum abest, ut vilius longe ac tantum feci ci-vium & proletariae plebeculae proprium esse existimet. Sed, quod si de meo sensu judicare fas est, verius est eosdem esse ci-ves Romanos, cum his, quos vocamus Quirites: Quod ipsum non adeo ut arbitror male comprehendavit Gundlingius eo, quod ad universum populum verba facili

MVITIAD THEOPHIL.

8

eturi oratores, QVIRITES compellarent, quodque præco edicturus comitia, OMNES QVIRITES convocaret. Recte STRABO L. V. geograph. Κερπίας εντοπίζεται οἱ θυμηροφόρες τες Ρωμαῖαι. Neque videtur mihi posse idoneis argumentis firmari, quod Vir eximius tradidit, de Patricio & Senatore in suffragia cum plebe & proletariis non eunte. Imo horum potius, quam ignobiliorum in comitiis habitam rationem vel inde appareat, quod sedulo operam dederint, ut sua, pauciorum quamlibet, suffragia vincerent reliquorum, siquidem numerum species, omnino majora. Inde enim est illa Romanorum omnium in centurias, & harum in quinque classes distributio. Qui vero suffragium tulissent in prima classe, nisi, ut ita dicam, majorum gentium Quirites, &c, seu ex patribus, seu ex plebe nobiliores. A. GELLIVS tradit N. A. L. XV. c. 17. TRIBVNOS neque aduocare patricios neque ulia de re ad eos referre posse. Id vero si est, efficitur inde tantum, ad plebis comitia, quæ Tributa appellamus, advocatos non esse civitatis primores. Sed ad Comitia centuriarum vocari potuisse, quis negabit? & vocatos omnino esse, paullo inferius ostendemus. Equidem nec interfuisse Tributis comitiis certum est, sed unde id factum est, nisi, quod nulla in iis census, ordinas, atatis ratio haberetur. Quam hinc facile est ad conjectandum eo comparuisse frequentius, quando populus in centurias conscriptus coibat, fierique poterat, ut unius aut duorum primæ classis civium tabellæ sexcentis aut pluribus proletariorum & capite censorum suffragiis essent potiores. Cur diebus comititalibus senatum habere nefas erat, nisi quo nemo ullus civis a suffragio avocaretur? Sed habemus & alia, eademque exceptione omni majora, ejus rei documenta: VARRO L. III. de re Rust. cap. 4. Comitiis editilibus cum sole Caldido ego atque Appius SENATOR tribulis suffragium tulissemus. VALER. MAXIM. LIV. c. 5. extr. 3. Magna cum iruidia, fortuna praetorii comitis Africani superioris filium Cn. Scipionem & Cicero sum in campum deduxerat. Cicereus ut vidit se omnibus centuriis Scipioni amesferri, templo descendit, abiectaque candida togæ competitoris sui suffragatorem agere caput. Sic CICERONI pro B Plancio

B

Plancies

DE LA JVRE QVIRITIVM

10

Plancio c. 14. Plancius, Vir summo & equestris loco natus, quod ante ostenderat, suffragium tulisse & primus scriuisse legem de publicanis dicitur. Sic pro P. Sextio, Gellius, ait, homo & fratre indignus, Viro clarissimo atque optimo consule, & ordine equestris, cuius ille ordinis nomen retinet, is de me suffragia tulit, is assuit. &c. Aut ego vehementer fallor, aut ex his omnibus efficitur patricios omnino, & nobiliorem quamvis, ipsos etiam Senatores, non secus ac tenuioris fortis homines in sua quemque tribu & centuria suffragii tabulam in cistam injectisse, nec videtur quicquam subesse causę, ut hos tanquam Sexagenarios & inutiles de ponte deturbemus. Omisi prudens loca, que tantum probant praesentes adfuisse comitis, de quibus loquimur, civitatis principes, cum possint adfuisse, vel ut eorum ratio haberetur in magistratum; vel ut ad suadendum dissuadendum prodirent in Legum comitis, vel in quibuscumque, ut sedentes pro Tribunal arbitros aut spectatores se preberent, quod de Consulibus ait Livius L. XXXIX.

Quæ quidem omnia si ita sunt, uti omnino esse post ea quæ disputavimus, ambigere opinor nemo, videtur omnino illa QVIRITIVM compellatio non ad solam togatam plebem pertinuisse. Quod ipsum ut magis firmem, provoco ad Legis Publicae formulam apud LIV. L. VIII. c. 12. ut plebis scita omnes Quirites teneantur; provoco ad solenne devotionis carmen, pro POPVLO ROMANO QVIRITIVM; ad illas fidem populi, fidem Quiritium, implorandi obtestandique formulas; ad certa illa & typica quasi: prob fidem vestram Quirites! porro Quirites! Quæ certe tantum ad vilioris fortis populum retinere vix patitur horum omnium dignitas, & prorsus respuit Publicæ Legislationis historia. Ita ego teneo, QVIRITES dictos, qui erant Romanæ civitatis participes, omnino omnes, idque nominis tunc potissimum fibi vindicasse, cum, qua cives, augustissimorumque horum jurium parti-

AD THEOPHIL.

participes eos contemplamur. Quotiescumque ergo cives, qua sunt cives, qua portionem Populi Romani, illius terrarum dominoris, considerant, toties nomine hoc uti solent veteres. Inde nimis Publilia legis, devotionis, quiritationis, inde publicae comitialesque rogationis verba : *VELITIS JVBEATIS QVIRITES.* Inde illa: *VTI EGODIXI ITA VOS QVIRITES ROGO.* Inde alia solennes formulae arcessendae sunt. Imo inde accidit, ut ipsi Quirites patribus & magistratibus opponantur, non generatim honoratioribus & nobilioribus quibuscumque, sed senatui & magistratu functionis. Sic *QVIRITES* sciscere & ferre, *PATRES* auctores fieri persepe dicuntur. Sic *LIV. Lib. VIII.* *Quid cessatis, QVIRITES, vosque, PATRES conscripti, arma capere?* IDEM *L. XXXVIII.* Hoc die, ait, *TRIBVNUS plebis vosque QVIRITES.* Omnim vero elegantissime, *L. XXXIV.* c. 2. quorum alterum ad nos *CONSULES* reliquaque *MAGISTRATVS*, alterum ad vos, *QVIRITES*, pertinet. nam utrum ex re publica sit, nec ne? id quod ad vos fertur, *vestra existimatio est;* qui in suffragium ituri estis.

§. VI.

Quid ergo? An jus Quiritium idem est cum civitate. Nullumne haec duo discrimen segregat? Ita certe videtur, si ex promiscuo & vario auctororum jurisque peritorum usu rem aestimes? Præter ea que in eam rem ante allata sunt plura, addendum ex *PLINIO*, *Histor. Natur. L. VI. c. 5.* *Vni huic omnium extero currus & Quiritium jure donato.* Quippe Gadibus genito civitas Romana data est *VLPIAN.* *Tit. III. §. 2.* *Beneficio principali Latinus civitatem Romanam accipit, si ab imperatore jus Quiritium impetraverit.* IDEM *L. i. D. De Rei Vindic.* *Siquis,* ait, *ita petit filium suum in potestate:* Ex jure Romano. Videtur mihi Pomponius consentire recte eum egisse: *aut enim adjecta causa: ex lege Quiritium, vindicare posse.* Absque duobus istis, quos supra adscriptissimus, Plinii Junioris locis foret, & libere ac sine hæsitatione pronunciarem, non esse diversa. Sed cum is haec

15271.

12 DE JVRE QVIRITIVM AD THEOPHIL.

tanta cura, tantaque sollicitudine distinxerit, ut non unquam ea inter se commutaret, aut cui alterum rogare intenderat, alterum accommodaret: venir in mentem subvereri, ut hæc acutum tangat opinio? Ergo tamen erunt diversa? Sed quo pacto? Hic mihi aqua hæret, nec est in manibus tabella, qua suffragium feram. Quodsi hæc aliquis composuerit, & de vero utriusque discrimine meliora me edocuerit, is *euperpor* habebit,
& si hæc eum curatangit, Veneris basia,
& Phillyda solus.

THESES DISPVVTANDI GRATIA
APPOSITAE.

- I. A Ictis res in corporales & incorporeas dividi, e philosophia stoica ne quicquam repetitur.
- II. Non quicquid administratores aut privati fisco militari debent ad pecuniam primipilarem pertinet.
- III. Mandati R. vom Auffborg, jung. Lent. d. Ao. 1724. §. V. delationem jurisjurandi de versione in rem non excludit.
- IV. Germanos jus vitæ & necis in seruos habuisse ex Tacito probari non potest.
- V. Actor qui iudaorum aliquot pro se testimonia etiam adversus Christianum allegat, non quidem plene probat, sed nec nihil probasse censemus est.
- VI. Clerici presentiam in actu tortura exigere inutile & absolum est.
- VII. Vero similius est duos tantum Saturninos Ictos suisse, alterum Claudium, alterum Venulejum, licet novissime dissentiat V. I. L. HEINEC. CIVS pec. progr.



Leipzig, Diss., 1732 L-2



f

sb.

W 18







800
1286
1732, 23.
DE
RE QVIRITIVM
AD
EOPHIL. INSTITVT.
L. I. T. II. §. II. ET T. V. §. IV.

P R A E S I D E
ANNE HENRICO MYLIO,
PHIL. ET JVR. D.

D I S P U T A B I T
DERICVS GABRIEL KIRSTEN,

D. XVIII. April. M DCC XXXII.

L I P S I A E,
LITTERIS BARTHELIANIS.